

Universitätsbibliothek Paderborn

**Opera Mystica V. Ac Mystici Doctoris F. Ioannis A Crvce
Primi Religiosi Discalceati Ordinis B. V. M. De Monte
Carmelo Et Seraphicæ Virginis Theresiæ fidelissimi
coadiutoris**

Juan <de la Cruz>

Coloniæ Agrippinæ, 1639

Elogivm II. Relatum ab Eminentissimis DD. Cardinalibus de Torretz, &
Ioanne Baptista Detti sacræ Rituum congregationi, in literis
remissorialibus conceſſis in ordine ad Canonizationem Venerab. P.F. ...

urn:nbn:de:hbz:466:1-37873

ELOGIVM I.

Sancte Virginis & Matris nostra Theresia, decerptum ex
Epistola, quam scripsit V. M. Anna de Iesu Priorissa Con-
uentus oppidi Veas, cum illa expostulanti, de penu-
ria Directoris spiritualis cui anima sua sinu-
asperiret.

A cetera mihi fuit Filia, querimonia tua, videns quam immerito conquereris,
quandoquidem inibi habes meum P. Fr. Ioannem à Cruce, hominem pla-
ne cœlestem, atque diuinum. Evidem dico tibi Filia mea, quod post eius
ab hinc ad vos discessum, neminem illi similem reperi in toto Regno Ca-
stelle, qui tantum animabus feruorem addat in via cœlesti. Vix credi potest, quantam
ob illius absentiam solitudinem patiar. Animaduertite magnum vos ibi habere the-
saurum in isto S. Vito. Omnes istius Monasterij Moniales agant, & cum ipso ani-
marum suarum negotia conferant, & sic liquido cernent quantum profectum in spi-
ritu, & perfectione inde accipient. Contulit quippe illi Dominus ad dirigendas ani-
mas, donum & gratiam singularem. Eadem adhuc viuens, dicere solet P. Fr. Ioannem à
Cruce annumerandum esse inter priores, & sanctitatem eminentiores animas, quas
Deus haberet in Ecclesia sua, cuique ipsius D. Maiestas ingentes lucis, & cœlestis sapi-
entie thesauros infudisset. Gratias insuper agens Deo, quod tandem intra propria Religionis laves
reperierat, quod foras non inuenierat, lepidè dicere consueuerat. Hinc, inde lumen inquirendo
discurro, & ecce in meo parvulo Seneca totum simul reperio. Sic enim illum compella-
bat, propter eximia sapientia thesaurum reconditum corpore tam exiguo

ELOGIVM II.

Relatum ab Eminentissimis DD. Cardinalibus de Tor-
retz, & Ioanne Baptista Detti sacra Rituum congrega-
tioni, in literis remissorialibus concessis in ordine ad
Canonizationem Venerab. P. F. Ioannis à
Cruce &c.

Ibros de Myistica Theologia (qui per diuersa Regna circumferuntur
(scripti) cœlesti eruditione fecundos, sublimi adeo, & admirabili style
conscripti; ut talem scientiam diuinitus reuelatam esse, non humano
††† acqui-

B.
Ioannis
à Cruce

Opera
Myistica

NV
124

acquisitam ingenio existimant omnes, quorum lectio aduersas à falsis illuminatio-
nibus, discernendas; animasque in perfectionis via roborandas perutilis comproba-
tur. Vnde Doctrina S. Dionysij Areopagitæ à legentibus comparata est.

ELOGIVM III.

*A^dm. R^{di}. P. Ioannis de Vicunna Rectoris Collegij Socie-
tatis Iesu Vbeta,*

*Relatum in informationibus in ea ciuitate con-
fectis pro Canonizazione V.P.*

Plures audiui personas de profunda humilitate, rigida pœnitentia, ac sub-
limissima oratione V.P.F. Ioannis à Crace, cum singulariæ estimatione lo-
quentes; atque ex his quæ ex ipsius scriptis legi, coniicio S. hunc virum si-
mul copulasse austera valde pœnitentiam extrinsecam, cum præcipua
quadam abnegatione & pœnitentia interna, ardenteque charitate & amore erga
Deum, similem S. Franciscum: multa enim scii de pœnitentijs prædicti S. P. F. Ioannis
à Cruce, nec non de amore quo ferebatur in Deum, quod etiam ex ipsius scriptis com-
probatur: si autem quippe, & auctoritas, quos illa præseferunt, & spirant, indicant
manifeste, eum de illis loqui per experimentalem scientiam, quodque nuditatem illam
omnium consolationum, Deique intimam amorem in se ipso experiretur, (prout le-
genti constabit) nam ex sola illorum lectione incalescit anima, quod est argumentum
ingentis amoris, & charitatis, quam ipsius anima erga Deum habebat. perlego se-
mel, ac saepius scripta omnia huius sancti viri, quorum doctrinam, Mysticam Theo-
logiam, cœlesti sapientia plenam existimo, & clare denotant, sublimem, ac eminen-
tem lucem, qua ipsorum Author prædictus erat in anima, quamque Deo tenaciter
esset unita: ea siquidem, quæ inibi referat, clarissime hoc ostendunt. & quamvis non
paucos Authores, qui de Mystica Theologia scriperunt, euoluuntur; nullam nihil
ominus doctrinam solidiorem, neque sublimioriem inuenisse video hac, quam V. ac
S. P. F. Ioannes à Cruce cōscriptit: è cuius lectione legentiū animæ in via spirituali co-
piosum lumen experiuntur, & quāuis ego haec tenus parū profecerim, fateor nihil omi-
nius me hoc experiri, quoties illa lego: tum etiam calorem vehementem sentio, qui
ad Dei me amorem incitat; ideoque illa existimo ac veneror; etisque tum in meam, tum
aliarum animarum, quibuscumq; ago utilitatem vtor; atque in hunc finem ea mihi
transcribi curauit. Inter alia vero ipsius P. scripta huius idiomatis ac sapientiae cœlestis,
peruenit ad manus meas originalis descriptio Monticuli ipsius sancti carætere de-
lineati; in quo describit modum quo anima ad perfectionem ascendit. Quem plurimi
fecerunt, tum quia ipsius sancti copia originalis sit, tum etiam propter excellentem, quam
in se continet doctrinam spiritus, Quem D.D. Theresia de Zuniga Ducissa de Arcos,

123-